

annos IV. Hujus tempore capta fuit Civitas Austriae proditorie per Fridericum de Pinzano Vicarium supradicti Philippi, faventibus sibi omnibus Caftellanis, & nonnullis intrinsecis. Expulsi vero fuerunt ferè omnes boni Populares, & alii capti, alii gladio interemti, & omnia bona sua sibi abstulerunt. Eo autem tempore, & anno Rex Bohemiae Vassalus Ecclesiae Aquileiensis, habens ab hac Feudum Spirituale, pro redemtione Civitatis Austriae, misit Vicarium suum cum magno exercitu, qui tandem Civitatem obsedit. Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Intrinseci proditoris ad pacata venientes terram, & libertatem propriaam, & pristinam restituerunt cum honore.

Raimundus Patriarcha sedet annos XXV., menses II., dies VI. Hic existens Episcopus Cummanus, creatus est Patriarcha per Dominum Gregorium Papam X. anno Domini MCCC-LXXXIII. Iste in adventu suo cum Alberto Comite Goriciæ, pacem fecit; sed modicum duravit. Anno vero Domini MCCLXXVII. accessit ad Illustrem Dominum Rodulphum Regem Romanorum, &c, habito colloquio cum eodem, ad primum reversus est. Et quia Veneti cæperunt occupare Terras Histriæ, incœpit graves facere guerras cum eisdem. Quæ quidem guerra incœpit MCCLXXIII. de mense Martii, & duravit ferè annos XI. Hoc tempore Veneti obfederunt Tergelatum, & fecerunt Terram unam juxta Tergelatum, quam Romagnam vocaverunt. Ipse autem Patriarcha, cum Exercitu suo valido, & potentissimo Venetos debellavit, spoliisque infinita tulit, & Romagnam prædictam destruxit, & tandem sub annis Domini MCCCXCI. Pax inter partes facta fuit, & publicè proclamata. Mortuus autem præfatus Raimundus Patriarcha in Castro Utini, & Aquilejam portatus, ac sepultus in Capella S. Ambroſii, quam ipse confiit, ac fabricari fecit anno Domini MCCCXIX. Ejus anima requiescat in pace.

Petrus Patriarcha sedet annum unum, menses VII., dies XXVI. Hic licet Magnanimus fuerit & antiquus dierum, ideo modicum supervixit. Ejus Corpus in Utino jacet in Capella S. Mariæ Caſtri Utini. Defunctus est anno Domini MCCCXI. De cuius gestis nulla fit mentio.

Ottobonus Patriarcha sedet annos XIII., menses II. dies XVII., qui dum esset Episcopus Pandovanus, creatus est Patriarcha à Sede Apostolica, videlicet per Dominum Bonifacium Octavum, sub annis Domini MCCCII. Hic mirabiliter regere coepit. Multa solvit debita Romanæ Curiae. Salinas Mariani cepit, & fecit, ceptique Caſtrum Manzani, & pretio, antequam veniret in Sede, emit Salicetum. Hujus tempore sub anno Domini MCCCV. Ricardus de Camino cum exercitu suo valido expugnavit Spinginbergum, ipsumque habuit sub certis patetis anno Domini MCCCII. Idem Patriarchacepit Caſtrum Budii fortissimum, & bene muratum, gentibusque, & vietualis munitum; sed iuto Dei iudicio mirabiliter captum est, de gentibus ipsius Domini Patriarchæ nemine laſo; omnes autem intrinseci captivi facti sunt sub ipsius Domini Patriarchæ misericordia; & reliquo Vexillo S. Ecclesiae Aquileiensis in Castro prædicto, ad propria cum gaudio, & honore est reversus. Eodem autem anno obſedit Caſtrum de Urimisporch, ipsumque obtinuit. Eodemque anno Sacilum recuperavit, detentum per dictum Dominum Ricardum de Camino. Insuper anno Domini MCCCIX. idem

A Dominus Patriarcha destruxit, & ruinavit muros Terræ Venzoni, nec non eodem anno Ricardus de Camino fuit debellatus in Utino. & unus Nobilis de Spinginbergo fuit interfactus gladio, ac multi alii rebelles præfato Domino Patriarchæ tunc captivati sunt, & multa alia fecit, quæ causâ brevitatibus heic omittuntur. Postremò currentibus annis Domini MCCC-XIV., præfatus Patriarcha, pergens ad Curiam Romanam, quadam oppressus infirmitate in loco, qui dicitur Arquà, comitatus Placentiæ, Domino tradidit spiritum.

Castonus de la Turre Mediolanensis Dioceſis eidem successit, sediturque in Patriarchali ſede annum unum, menses VII. dies XX., & non pervenit ad Eccleſiam ſuam, sed veniendo de Curia migravit ad Christum in Florentia, & ibi requieſcit in pace.

Paganus Patriarcha ſuccedit eidem, ſediturque in Patriarchali ſede annos XII. menses VIII. diem unum; De cuius gestis non fit mentio in præſenti. Bavarus Dux Bavariæ, & Marchio Bramburgensis à tribus eligentibus ad Imperium laicis, duobus vero Clericis Archiepiscopis non consentientibus, cupiens Imperium uſurpare ſub anno Domini MCCCXXXI. manu forti, & animo ingenioso, & cauto intravit Italianam, Romæ cupiens coronari, & quorundam sapientum ſibi adhærentium confilio tempore Johannis Papæ, Iſte Bavarus in Romana Civitate Papam fieri fecit, & Cardinales, & multos Prælatos, contraque Apoſtolicam ſedem multa gemit, & ab ipſis Coronam accepit Imperii contra Eccleſiæ voluntatem, à quo Papa tunc depositus, & excommunicatus fuit, & ſimiliter à Papa Benedicto & Clemente VI. ſubsequentibus. Tandem ab Eccleſia misericordiam conſequutus tempore dicti Clementis, ab excommunicatione ſolutus, migravit apud Ducatum ſuum. Cui ſuccedit quidam ejus filius, cum quo Carolus Rex Bohemiæ multas habuit guerras propter Comitatum Tirolensem in dotem per præfatum Bavarum datum cuidam ſua filiæ, in matrimonium traditæ cuidam Domino Joanni fratri in Uxorem poftmodum à viro ſuo ſeparata, nonnullis legitimiſis occaſionibus. Idem Carolus habuit contra eum bella maxima, & obtinuit. Tandem bonis meritis à Christo exigentibus præfatus Carolus, faventibus ſibi Papa Clemente prædicto, & Domino Philippo Rege Francorum, ab eligentibus ad Imperium, communiter eſt elecitus Imperator.

Iſto autem tempore electo Carolo, & confirmatione à præfato Clemente Papa, & Roma na Eccleſia comprobata, & roborata, in S. Aquileiensis Eccleſiæ Sede reſidebat tunc Bertrandus Patriarcha de S. Gineſio Doctoſ miri Juris, vir bonus, pius, sanctus, & justus, cujus opera, & probitatem multæ fuerunt, quæ alibi in loco ſuo ſtatutum ſibi clare vindicant. Cui Carolo adeo tamquam pater erat unā cum filio intime dilectus: de quo Patriarcha multa erunt ſcribenda, quæ in præſenti Capitulo brevitatibus cauſā omittentur. Idem autem Patriarcha ſedet annos XV., menses XI. dies VI., qui crudeliter ab inimicis Eccleſiæ apud Villam, que eſt in Richiniuſt uxta Tulmentum ipſo à Sacilo cum suis militibus, & gentibus Utinum veniente, gladio penetrante occiſus eſt, & Utinum ductus, apud cujus ſepulcrum marmoreum, historiatum in S. Maria Majori in Utino per eum à Domino miracula fiunt. Et, ut ſupra prædicti debebat, fabricavit Sacilum ex muris Cavolani acquiſiti per eum, & recuperavit Cadubrium armata &